



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

27. De Paralytico à Christo sanato iuxta piscinam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

8. Eodem exemplo docet nos Dominus, bona opera nostra, donaque diuina à sua Maestrate communicata; aliquando esse manifestanda quando utilitas proximi, vel Dei gloria id postulat. Quod autem alibi voluit ea regi silentio, id fecit causa nostra, sciens quam sumus proclues ex fragilitate ad vanam gloriam: intelligemusque eam fugiendam tanquam pestem, & damandam verò humilitatem, omnium virtutum fundamentum.

DE SANATIONE PARALYTICI IUXTA PISCINAM.

MEDITATIO XXVII.
EVANGELIUM.

Ioan. 5.



Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. Est autem Ierosolymis supra probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè

Domini, boni
 à sua maiestate
 manifestando
 ei gloria id pr
 a regi silenti
 in sinu proci
 iam intellige
 am pestem, s
 mium vitu

ca
 ca

N A-

ALY.

PI.

XVII.

M.

es festus
 ascendit
 am. Est
 s supra
 na quæ
 Hebrai-
 cè

te Bethsaida, quinq; porticus habēs.
 In his iacebat multitudo magna lan-
 guentiū, cæcorum, claudorum, arido-
 rum, expectantium aquæ motum.
 Angelus aut Domini descendebat se-
 cundum tempus in piscinam, & moue-
 batur aqua. Et qui prior descendisset
 in piscinam post motionem aquæ,
 sanus fiebat à quacunque tenebatur
 infirmitate. Erat autem quidam
 homo ibi triginta & octo annos ha-
 bens in infirmitate sua. Hunc cum
 vidisset, I E S V S iacentem, & cogno-
 uisset, quia iam multum tempus ha-
 beret, dicit ei: Vis sanus fieri? Re-
 spondit ei languidus, Domine, ho-
 minem non habeo, vt cum turbata
 fuerit aqua, mittat me in piscinam:
 dum venio enim ego, alius ante me
 descendit. Dicit ei I E S V S, Surge,
 tolle grabatum tuum, & ambula. Et
 statim sanus factus est ille: & iustu-
 lit grabatum suum, & ambulabat.
 Erat autem Sabbathum in die illo.
 Dicebant ergo Iudæi, illi qui sana-
 tus fuerat, Sabbathum est, non li-
 cet tibi tollere grabatum tuum.

Respon-

Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. IESVS enim declinavit à turba constituta in loco. Postea inuenit IESVS in templo & dixit illi, Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo, & nuntiavit Iudæis, quia IESVS esset qui fecit eum sanum.

PROPHETIAE.

- Eccl. 51.* 1. **R**esticiens eram ad adiutorium hominum, & non erat.
- Eze. 34.* 2. Ego pascam oves meas, dicit Dominus Deus, quod abiectum erat, reducam, & quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, consolidabo.

CONSIDERATIONES.

- Punct. 1.* **C**ONSIDERA immensam Dei bonitatem, qua ratione ita sancti sui nominis gloriam coniungere voluerit cum utilitate nostra, ut quicquid esset ad

E VITA
sanum fecit,
abatum tū,
erunt ergo
qui dixitti
, & ambula
at effectus,
S V S enim
ututa in lo
s in templo
tus es: iam
s tibi ali
e homo, &
s y esset

CHRISTI. PARS I. 453

ad nostram salutem vtilius, idem ad
maiores cederet Dei gloriam, vti cla-
rissime indicauit illis prophetae verbis.
Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem glo-
riam meam. At quæ fuit, quæso infinitæ
Majestatis Domine illa gloria, quæ de-
monstrasti in Hierusalem, nisi forte
illa opprobria, illa flagella, illa mors
cruccis ignominiosissima, quam in illa
vrbe passus es? Verè hæc vna fuit glo-
ria vestra, pati & mori pro hominibus.
Hoc quod nobis maiorem vtilitatem
attulit, id tu loco maioris gloriæ & ho-
noris habuisti. Cùm ergo hæc fuerit
gloria & excellentia Saluatoris, nun-
quam destitit laborare pro nobis, &
nouis assidue beneficijs nos efficere.
Quare & hoc sine hodiè nominatim
ascendit in vrhem Hierosolymā: cùm
enim tota ludæa, ex mandato legis ad
celebranda festa in vrhem conuenerit,
maior quoque occasio fuit saluatori
exponendi populo salutis viam, do-
ctrinaque & miraculis attrahendi ad
notitiam veritatis. Voluit quoque IESVS
omnium virtutū speculum, hoc
die concedere Hierosolymam, vt re-
linqueret nobis primò documentum
humilitatis, dum ipse autor legis, se
obedienciæ suæ legis submittit. Deinde
cha-

Esa. 46.

um hominū,
it Dominus
m, & quod
quod infirmū
N E S.
Dei bo
sancti sui
voluerit
quid esset
ad

charitatis, nam post visitatum templū
& gloriam æterno Patri delatam, va-
dit ad piscinam, vt visitet infirmos &
pauperes, qui ibi solent conuenire, vt
suum quoque auxilium & consolatio-
nem illis suppeditaret.

2. ERA T Hierosolymis Piscina, id
est, concursus aquarū è templo. in qua
miraculosè sanabatur quicūque æget
post motū aquæ ab Angelo certo tem-
pore factum, ingrediebatur. Vbi con-
sidera quam præclarè iustitia Dei ines-
fabili eiusdem misericordiæ respōdeat.
Nam initio mundi cū omnis caro cor-
rupisset viam suam, Deus ad castigandū
totum humanum genus, vsus est
instrumento aquæ, ea totam terrā sub-
mergens: nunc verò diuina misericor-
dia vsa est instrumento aquæ piscinæ
ad sanandos omnes corporales homi-
nū infirmitates, aquæ verò baptismi,
cuius piscina erat typus, ad sanandas
omnes spiritales animæ nostræ infir-
mitates. Cū ergo IESVS ad hunc lo-
cum peruenisset, tantamque multitu-
dinem ægrorum vidisset, cogita quam
clementibus oculis eos respexerit ille,
de quo scriptum est, quod oculi eius in
pauperem respiciunt, & commiseratio
illorū penetret cor ipsius. Sed quid sibi
vult

ult suauit
cordiaru
pes, villas.
que homi
tis salutē,
num tant
omnibus
tem porue
tudo, quā
num viæ: c
omnium
curtur; vn
ita ei placu
rationis &
diuina n
cuius ele
Propheta,
ne. Quo
melius c
scientes
stram esse
cundo; v
dum illum
nos esse
& in sort
natos.
3. ACC
hominem
iam temp
pro pecca

tum templi,
 delaram, va-
 infirmos &
 onuenire, vt
 consolatio-
 Piscina, id
 blo. in qua
 ūque æget
 certo tem-
 . Vbi con-
 a Dei inef-
 respōdeat.
 s caro cor-
 l castigant-
 s, vsus est
 terrā sub-
 misericor-
 e piscinæ
 les homi-
 baptisimi,
 anandas
 re infir-
 hunc lo-
 multitu-
 ta quam
 erit ille,
 i eius in
 iferatio
 uid sibi
 ult

ult suauissime Domine, quod tu mise-
 ricordiarum Pater, qui circuibas per vr-
 bes, villas, castella quæres ægros, alios-
 que homines afflictos, ad impartiendā
 eis salutē, vt nūc è tanta hominū turba
 tuam tantū eligas, & vnum sanes cum
 omnibus vno verbo restituere sanita-
 tem potueris? O diuinæ sapientiæ alti-
 tudo, quā occultæ sunt consiliorū tuo-
 rum viæ: omnes respiciebat Dominus,
 omnium miserebatur, sed vni soli lo-
 quitur; vnū sanat, quia ipse ita voluit,
 ita ei placuit. Sicut quoque nostræ vo-
 cationis & electionis gratia ita pendet
 à diuina misericordia & bonitate, vt
 quis electorum dicere possit cum *Psal. 17.*
Propheta, Saluum me fecit quoniam voluit
me. Quod facit Dominus, primò, vt
melius conseruemur in timore Dei,
scientes vitam æquē ac mortem no-
stram esse in eius manibus positam. Se-
cundò, vt magis exeitemur ad aman-
dum illum, cuius gratia cognoscimus
nos esse misericordissimè præuentos,
& in sortem aeternæ beatitudinis desti-
natos.

ACCEDENS ergo IESVS ad hunc
 hominem, & cognoscens illum multo
 iam tempore infirmum fuisse, ac satis
 pro peccatis incommodis morbi casti-
 gatum,

garum, ille ipse qui eum percussit, permotus est, ut eum sanaret, secundum illud. *Cum iratus fueris, misericordia recurre daberis*. Ait ergo illi, *vis sanus fieri?* Cur id quaeris o bone IESV, cum scias illum totos triginta annos cum incredibile patientia iuxta piscinam non alia de causa expectasse, quam quod summo desiderio teneretur sanitatis recuperandae? an forte cogitas, cum credere, te idem illud a se querere, quod possis & velis eum sanare? at quomodo poterat credere, aut petere illud a te, si non prius efficias, ut sciat te esse Medicum, & Salvatorem suum? Verum non fuit otiosa ista Domini interrogatio. Non ignorabat, quid hic infirmus peteret. quaerebat autem ab eo, num veller esse sanus, quia multi infirmi non optant sanitatem, imò multi amant infirmitatem, acquiescendo misero statui animae suae, de quibus scriptum est, *Latentur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis*. Huiusmodi non sunt curati à IESV, quia non est Salvator eorum qui nolunt, sed qui volunt, & cooperantur suae salutis. Nam, ut dicit Sanctus quidam Doctor. *Qui creavit nos sine nobis, non iustificabit nec saluabit nos sine nobis*. hoc est, sine voluntate nostra. Interrogavit

CHR
 quit quoc
 et, magis
 lam suam
 gnior re
 Quibus ve
 verisimi
 tu resplend
 benignita
 tuit Chri
 puz standu
 lo obtiner
 be respōde
 uari poss
 adeo, ut en
 in piscinam,
 sanus fieri
 consequen
 is, erit mi
 4. Obo
 Dei, & qui
 nus fieri,
 is humeri
 Hic enim
 tandum c
 ni generi
 ta. Deus p
 strum. Et
 cit. Supra
 tores. O
 molestur

percussere, ret, secundum recordie recordus fieri? Cum scias illum incredulam non aliam quod summitatis recum credere, od possis & odo poterat, si non prius rum, & Saln fuit otioo. Non igitis peteret, vellet esse non optant at infirmistatui aniest, letarant in rebus at curati a or eorum & coopeit Sanctus sine nobis, sine nobis. Interrogavit

quid quoque Christus, ut eum prouocaret, magisque accenderet ad desiderandam suam sanitatem, atque ita etiam dignior redderetur sanitatis beneficio. Quibus verbis commotus paralyticus, ut verisimile est, vidensque in eius vultu resplendere quandam admirabilem benignitatem & misericordiam, percipit Christum ad officium charitatis prestantum paratum, quod a nullo alio obtinere poterat; atque ideò moderate respondens, modum ei insinuat quomolari possit, dicēs. Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam, quasi dicat, maximè desidero sanari fieri, sed deest auxilium ad eam consequendam. Si tu illud præstare velis, erit mihi gratissimum.

O bone paralytice, si scires donum Dei, & qui te interrogat, num velis sanari fieri, fortè non dubitares illum super humeris te in piscinam delaturum; Hic enim Dominus natus est ad deportandum onus & pondus totius humani generis, yti de ipso loquitur Prophetata. Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrorum. Et in alio Propheta de se ipse dicit. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. O quanta fabrica, quam graue & molestum pondus erat illud, quod

V con-

continuò premebat, & affligebat animam Saluatoris nostri. Utinam licuisset alicui videre misericordissimum illud cor IESV, totum commiseratione & dolore peccatorum nostrum transfixum & vulneratum. Quis non commotus fuisset ad misericordiam, si vidisset eum suis lachrymis satisfacientem pro vanis nostris gaudijs, fame & siti expiantem nostram intemperatiam, labore & sudore compensantem nostra oria & delirias, humilitate extirpantem nostram superbiam? Cur ergò dubites paralytice, quin ille te deportare velit vsque ad piscinam, cum inde ex utero matris non solum te, sed etiam omnia peccata mundi in suo corde portauerit: iamque paratus ariet, ad aperiendum in corpore suo pro salute tua, non vanam modo, sed quinque piscinas, non aquæ, sed sanguinis, non iam taurorum vel arietum, sed sanguinis sui preciosissimi, in quibus non solum ab infirmitatibus corporis, sed etiam à lethalibus vulneribus animæ tuæ in æternum sanari possis.

3. **CONSIDERA** quantus sit fructus flagellorum & castigationum Domini, quibus nos visitare solet ad nostram emendationē. Paralyticus enim hic,

licet d
agnam
ponis
nonstra
norbi, n
teria, qu
gillat eos
descender
atiniqua
nus repre
caritatem
tuffet. Q
tam mise
is eius pa
uerit vise
libendar
niam ad
tat conse
uentu D
retur, &
minem,
beret ip
rat hom
lutis aux
6. DIX
Surge, to
d. car. F
ris, & d
dicus, q
mas sar

licet diuturna ægritudine vexatus,
 dignam tamen mansuetudinem in
 responsis, & patientiam in verbis de-
 monstrat, non deplorat grauitatem
 morbi, non queritur de diuina prou-
 dentia, qua hoc permiffum est, nō sug-
 gillat eos qui ante ipsum in piscinam
 descenderunt, non diei natiuitatis sue,
 aut iniquæ sorti maledicit, multo mi-
 nus reprehendit duritiem vel exiguam
 caritatem eorum à quibus iuari po-
 tuisset. Quare mirum non fuit, vt, non
 tam miseriæ magnitudo, quàm humi-
 les eius patientia, & submissio, commo-
 uerit viscera misericordis IESV, ad ex-
 hibendam illi misericordiam: & quo-
 niam ad Angeli aduentum non pote-
 rat consequi sanitatem, saltem in ad-
 uentu Domini Angelorum conseque-
 retur, & denique quia non habebat ho-
 minem, qui ei præberet auxilium, ha-
 beret ipsum Deum, qui ideo factus e-
 rat homo, vt ipsi, alijsque omnibus sa-
 lutis auxilium præstaret.

6. DIXIT ergo IESVS paralytico.
Surge, tolle grabatum tuū, & ambula. quasi
 dicat. Ego sum homo ille quē tu qua-
 ris, & desideras, ego sum cælestis Me-
 dicus, qui non corporat tantū, sed & ani-
 mas sanat Surge ergo & ambula. Verba

verè Saluatoris, Dæmon enim nō hortatur homines ad surgendū, sed ad cadendū & præcipitandum se. Similiter, mundus nō hortatur suos amatores ad laborandum & ambulandum, sed ad otium & ignauiam, dicens. *Melius est pigrius cum reque, quàm plena viraq; manu cū labore.* O quot languidi & paralytici hodie existunt in mundo, qui praua consuetudine oppressi, decumbunt quasi in lecto mortiferæ voluptatis & habitus peccati. Verùm quid aliud sunt tot scripturæ documenta, tot prædicatorum voces, tot internarum inspirationum admonitiones, quàm Saluatoris voces excitantis ad salutis nostræ desiderium, & inuitantis ad resurgendum à lapsu peccati, ad deserendas pestíferas voluptates, & periculosas peccatorum occasiones, quibus sumus impliciti? O quam magna & lethalis est nostra paralytis, eū voces omnes non sufficiant ad nos excitandos, & è misero lecto erigēdos, imò amamus & placemus nobis in nostra miseria: Volumus quidem à corporis languoribus, alijsq; malis & calamitatibus huius vitæ liberari, verum de languoribus animi, quando Dominus acclamat, *Surge*, nihil volumus intelligere. Heu infelicitatem nostram, Res
omnes

enim nō hō-
dū, sed ad ca-
se. Similitē,
s amatores ad-
dum, sed ad-
Melius est pēgi
utraq; manū
paralytici hō-
ni praua cos-
abunt quasi in
tis & habitu
l sunt tot scri-
rædicatorum
spirationum
atoris voces
e desiderium,
dum à lapsu
stiferas volu-
torum occa-
citi? O quam
ra paralytis,
ciant ad nos
to erigēdos,
nobis in no-
m à corpo-
& calami-
, verum de
o Dominus
nus intelli-
stram, Res
omnes

omnes volumus esse bonas, valetudi-
nem, fortunas, uxorem, filios, famulos,
equos, vestes vsq; ad calceos, solam ani-
mam volumus esse malam & miseram.
O miser homo, obsecro te propter
Deum, vt saltem pluris æstimare &
curare velis animam tuam, quam tuos
calceos.

COLLOQVIVM.

Precabere CHRISTVM Domi-
num, verum medicum nostrum, qui
de cælo descendit ad curandos languo-
res nostros, vt sicut hunc paralyticum
ab omnibus desertum sanare dignatus
est, ita velit quoque animam tuam iam
multo tempore languidam & paralyti-
cam, sanare; vt quæ neq; in seipsa vires
vllas, neq; extra se vllum præsidium ha-
beat, nisi in eo solo, in quo omnē spem
suam collocavit. atque ideo dignetur
tibi dare gratiam qua à peccatis primo
possis resurgere, deinde sumpto in hu-
meros onere pœnitentiæ in posterum
possis de virtute in virtutem procede-
re, donec merearis ad perfectam & con-
summatam æternę beatitudinis sanita-
tem peruenire.

1. **E**X omnibus infirmis qui erant iuxta
 cinam probaticam, vnus tantum effi-
 catus, ad significandum illos solos qui profite-
 tur vnā fidem, & in vna sunt Ecclesia, quae
 vnum Deum colit, iustificari & saluari. Va-
 ergo illis, qui ab hac vnitāte se segregant, &
 schismata in Ecclesia Dei faciunt: nunquam
 vni consequentur salutem.

2. Hic homo licet totos triginta annos in-
 firmus fuerit, non tamen desperauit, sed confisus
 est semper se tandem ab aliquo iuuandum: ut
 daret exemplum peccatoribus, constanter in o-
 ratione persistendi, nam si perseueret cum spe,
 consequentur tandem salutem ab eo, qui dixit.
 Petite & accipietis, quærite & inuenie-
 tis, pulsate & aperietur vobis.

3. Magnam causam habemus erubescendi de
 peccato, sed maiorem de nostra segnitie, quan-
 do quidem hic miser paralyticus, licet totis
 triginta octo annis voto potiri non potuerit,
 tamen in eodem loco persistit, & auxiliū
 poposcit: Nos verò si vel paucis diebus persisti-
 terimus in petenda aliqua gratia & non sta-
 tim obtineamus, ab orādo cessamus, nec vllum
 amplius studium ad eam obtinendam adhibe-
 mus.

4. Dominus tunc dicit. nime laboranti mor-
 ba

Matth. 7.

erant iuxta
tantum effu-
os qui profier-
nt Ecclesia, qua
& saluari. Vo-
se segregant, &
unt: nunquam

int a annos infir-
uit, sed confisi-
iuuandum: ut
constanter in-
erent cum spe,
ab eo, qui dicit.
& inuenie-
is.

rubescendi de-
egnitie, quar-
us, licet totis
non potuerit,
& auxilium
diebus persisti-
& non fla-
us, nec vllum
lam adhibe-

oranti mor-
ba

peccati, Visne sana fieri quando ratio di-
uini luminis sui praeueniens illam inuitat ad
sua gratiam & fauorem: & nos tunc dici-
mus, deesse nobis hominem, qui adiuuet, quan-
do deestando malam vitam praeteritam, in-
cipimus desiderare salutem, & auxilium Do-
mini imploramus Ille quoque tunc respondet,
urge, quando infundens gratiam suam, ani-
me restituit perfectam sanitatem: & tunc sur-
gentes tollimus gradatim nostrum in hume-
ris, cum incipiunt nobis displicere, quae prius
delectabant; & denique tunc ambulemus,
quando acceptae gratiae cooperamur, exerci-
tando nos in bonis & sanctis operibus.

5. Varietas infirmorum iuxta piscinam ex-
istentium, designat diuersitatem peccato-
rum: nam aliqui peccant ex negligentia &
torpore, & hi significantur per languidos.
Alii peccant ex ignorantia, qui significantur
per cecos. Alii ex humana fragilitate, qui per
claudos, & ad bene agendum impotentes. Alii
peccant ex malitia, qui designantur per ari-
dos, destituti omni humore bonae voluntatis.
Alii denique peccant ex consuetudine, qui de-
signantur per hunc infirmum triginta octo an-
nis paralyti afflictatum.

6. Iudei arguebant paralyticum, quod le-
ctum suum deferret die Sabbati, notando, quod
illis videbatur reprehensibile, & non quod

erat laudabile, nempe miraculum sanitati
receptæ. Sic homines peruersi & inuidiosi
quenter notant & obseruant in alijs, que pos-
sunt reprehendere & calumniari, & non que
laudare ad aliorum edificatorem: tacent bo-
num quod in illis conspiciunt, & publicant
malum, si quod inueniant: vel certe conuer-
tunt bonum in malum calumniando finem &
intentionem, qua fuit factum.

7. Paralyticus, dum erat infirmus, decum-
bebat in suo grabato; sed postquam sanum
est, humeris suis deportauit grabatum. Gra-
batum non aliud est, quam honores, dignita-
tes, & cetera huius vitæ bona, in quibus ve-
lut in lecto homines mundani quiescunt: vr-
de quando quis in eiusmodi rebus inuenit
pacem & consolationem, signum est, quod de-
cumbat aeger, & male habeat. Verum quando
hec reputat pro onere, & sunt illi molesta &
fastidiosa, signum est eum sanum esse, & am-
bulare.

8. CHRISTVS secessit à turba, que in
illo loco erat, præbens nobis exemplum non
querendi in operibus nostris bonis laudem &
hominum applausum; atque etiam, quod ali-
quando debeamus secedere ab illis, qui ad ca-
lumniandum sunt proclines & prompti, effu-
gereq; oculos inuidorum, ne eis detur occasio
maioris inuidiæ & peccati.

9. CHRI-

culum sanitati
 & inuidia
 alijs, que pos-
 ri, & non que
 em: tacem do-
 & publicat
 l certè conuer-
 ando finem &

CHRISTVS postea inuenit paralyti-
 cum in templo. Sic nos, postquam gratia ali-
 qua à Domino ornati fuerimus, primò id age-
 re debemus, vt referamus ei gratias non lin-
 quatantum, sed etiam religiosa conuersatione,
 frequentando Ecclesias, & vitam nostram
 in meliorem commutando.

firmus, de com-
 quam sanatus
 batum. Gra-
 ores, digni-
 in quibus re-
 uiescunt: vn-
 ebus inuenit
 est, quod de-
 rum quando
 i molestia &
 esse, & am-

erba, que in
 plimum non
 laudem &
 quod ali-
 qui ad ca-
 mpti, effu-
 tur occasio

CHRISTVS

DE SERMO-
 NE CHRISTI AD
 APOSTOLOS HABITO
 IN MONTE.

MEDITATIO XXVIII.
 EVANGELIUM.

ASCENDENS IESVS turbas Mat. 5.
 ascendit in montem, & Luc. 6.
 cum sedisset accesserunt
 ad eum discipuli eius. Et
 ipse eleuatis oculis in eos aperiens
 os suum docebat eos dicens. Beati
 pauperes spiritu, quoniam ipsorum

V 5 est